



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

78. An priuilegium quorundam Abbatum conferendi ORDines minores  
duret abhuc, non obstante Concilio Tridentino sess. 25. ca. 10. de  
reformatione? Et notatur supradictos Abbates posse suis subditis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)



§. 13. n. 25. quia in Regularibus non requiritur tanta literarum peritia, quanta in Clericis secularibus. Nam Religiosi, regulariter loquendo, non ordinantur ad curam animarum habendam sicut Clerici. Vnde patet responsio ad auctoritatem Concilij. Adde, vt obferuat Peyrinus, quod Concilium id relinquit Episcoporum arbitrio, ait enim; Minores Ordines iis saltem, qui linguam Latinam intell. gant per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo magis expedire videretur, conferantur: arbitrium enim illud Episcopi non solum est super interstitiis, ita vt iis non seruatis, si Ecclesie utilitas postulet, possit Ordines conferre; sed etiam super Grammatica, ita vt nescienti Grammaticam, si alioquin bonæ indolis sit, & docilis, vel possit optimè insecuire ministerio, ad quod ordinatur, sine Grammatica possit Ordines quocumque conferre. Neque enim ex verbis Concilij colligi potest ratio, quare arbitrio Episcopi relinquatur potius dispensatio super interstitiis, quam super Grammatica, cum verbum, conferantur, sub quo stant illa duo post arbitrium, colloctetur. Ita Peyrinus vbi supra, qui citat Menochium lib. 2. de arbitrio. cas. 425. num. 58. quæ omnia sunt valde notanda à Dominis examinatoribus Episcoporum.

RESOL. LXXVII.

De irregularitate ex ignorantia. Et an regulares non multum literati sint ordinandi? Et an sufficiat, quod conflet Dominis Episcopis per literas testimoniales suorum Prælatorum Religiosos ordinandos esse examinatos, & sufficienter literis instructos ad suscipiendos Ordines? Ex p. 4. tra. 2. Resol. 74.

§. 1. C latum est quod ex ignorantia oritur irregularitas: vnde constat in can. illiteratos, dist. 36. & in cap. cum in cunctis, de elect. & ex cap. ultim. de tempor. ordin. in 6. illiteratos non posse ordinari, & consequenter semel ordinatos quamuis bona fide, non posse Ordines exercere; quæ autem scientia ad quemlibet Ordinem perquiratur, tradit Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 13. & 14. de reformat. 2. Sed difficultas est circa Regulares. Dico igitur cum Hieronymo Rodrig. in compend. quest. regul. resol. 52. n. 22. quod cum Religiosus non multum literatis possunt Episcopi dispensare vt ad Ordines sacros promoucantur, quia in illis non requiritur tanta scientia, quanta in Clericis secularibus, eo quod ad curam animarum non ordinentur, & ex continuo conuictu, & communicatione cum doctis in Religione semper manet spes discendi, idque colligitur ex cap. nullus, de tempor. ordin. in 6. vbi illiteratos tonsurari prohibetur, nisi Religionem intrer. Vnde sufficit quod conflet prædictis Dominis Episcopis per literas testimoniales suorum Prælatorum Religiosos ordinandos esse examinatos, & sufficienter literis instructos ad suscipiendos Ordines, nec hoc est contra Concil. Trid. in decreto examine ordinandorum, nec contra aliud decretum de sufficientia ordinandorum in Presbyteros ad docendum populam; & cur magis credere debeat Episcopus seculari examinatori, quam Prælato Regulari testificandi de scientia & sufficientia ordinandi. Ita Rodriguez, & ego ipse alibi in part. 2. tra. 16. resol. 29. vbi citauit Villalobos, Henriquez & Portel, & hanc sententiam, me citato, tenet etiam nouissimè Peyrinus tra. 2. de Relig. Prælat. quest. 3. cap. 7. num. 20. vbi citat plures alios Doctores asserentes, quod licet Episcopis initiare etiam sacerdotio Regularem, qui bene legit & can-

tat, quamuis minus sit literatus. Vide etiam Aloysium Bariolam in aphorism. lit. R. ver. Regulares ad Ordines, hanc etiam opinionem tenentem. Et ideo illum sine vilo metu & scrupulo possunt domini Episcopi in praxim deducere.

RESOL. LXXVIII.

An privilegium quorundam Abbatum conferendi Ordines minores duret adhuc, non obstante Concilio Tridentino sess. 25. c. 10. de Reformatione? Et notatur supradictos Abbates posse his subditis secularibus dare literas dimissorias ad Ordines, neque hoc privilegium derogare Concilio Tridentinum. Ex par. 4. tra. 4. & Misc. Ref. 147.

§. 1. Negatiuè respondet Henriquez lib. 14. cap. 18. num. 2. & in glossa lit. P. quia hoc clare videtur determinare Concil. Trident. vbi supra. Et ita hanc sententiam docet etiam Gauantus in encir. Epist. ver. Abbas, num. 3. vbi sic ait, Abbas non potest conferre Ordines minores, neque primam tonsuram non sibi subditis ex Concil. Trident. Ita ille, & nouissimè Mauricius Alzedo in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. num. 78.

Verum nouissimè Thom. Sanchez in opus. 10. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 18. num. 20. affirmatiuam sententiam putat probabiliorē, & ideo docet privilegium concessum Abbatibus non reuocare Concilium Tridentinum, quia hoc privilegium est concessum à VII. Synodo generali cap. 14. & habetur in cap. quoniam, dist. 69. at reuocatio decretorum Concilij sufficiens non censetur, nisi in specie fiat eorum derogatio his verbis, non obstante aliqua lege, vel constitutione etiam in Concilio generali statuta, vt colligitur ex cap. ex parte, & cap. vltim. de capellis monach. cap. eam te, de stat. & qualitate, cap. nonnulli, de rescripti. tenet Couarr. var. cap. 16. num. 6. Archidiaconus cap. 1. de constitut. in 6. Felinus cap. nonnulli, de rescripti. Alexander cons. 187. lib. 1. Iacobatus tra. de Conciliis, lib. 3. art. 18. & per hoc dicit Nauarrus in sum. cap. 27. num. 265. privilegium concessum Religiosis in Clem. dudum, de sepult. quia est Concilij generalis, quod scilicet si sine iusta causa repellantur ab Episcopo, censentur approbati, non derogari per Concilium Tridentin. sess. 23. capit. 15. decernens non posse Regulares audire confessiones, nisi sint approbati ab Episcopo, quia Tridentinum ibi dicit, non obstantibus quibuscumque privilegiis, & non dicit expressè, non obstante decreto Concilij generalis. Cum ergo in nostro casu Tridentinum vbi supra tantum dicat, non obstante quocumque privilegio, nec dicat, non obstante decreto Concilij generalis, non censetur reuocatum tale privilegium Abbatibus concessum in VII. Synodo generali. Item, quia privilegium hoc Abbatibus concessum, est insertum in corpore iuris, cap. cum contingat, de stat. & qualitat. capit. Abbatibus, de privileg. in 6. at in generali privilegiorum reuocatione, qualis est, que fit in dicto loco Tridentini, non comprehenditur privilegium insertum in corpore iuris. Ergo non censetur reuocatum hoc privilegium, & ita ego hoc tempore vidi titulum de prima tonsura Abbatis Benedictini, qui ordinavit secularem plenè sibi subditum cum Notarij testimonio, quod sic solet facere. Hæc omnia Sanchez, satis quidem probabiliter, si nõ obstat declaratio Cardinalis in contrariu quam adducit Quarata in ver. ordo. Sed Licetor circa præsentem questionem non desinat videre Gratianum in discept. forens. 10. 2. cap. 112. per totum

Sup. hoc in Ref. seq. & in aliis eius primæ not.

Pro contento in hoc §. ibid in §. Verum & lege etiam Rel. eius not.

Sup. conten. to in hoc §. sup. in Ref. 74. & pro parte primæ difficultatis huius §. etiam ibidem, & in Ref. 74.

Sup. hoc in Ref. not. seq. prope finem, sed lege etiam alios §. eius vbi. not.

Que hic est sup. Ref. 74. vbi. & lege etiam alium ref. not. primæ prædicti §.





Et Flores de Mena in *qq. var. lib. 2. q. 14. per totam.*  
 Quoad hoc inf. in Ref. 83. lege eius doctrinam quamvis ibi pro Abbatis Ecclesiasticis.

5. Nota etiam, quod Sanchez *vbi supra dub. 2. 1. num. 6. contra Henriquez, Rodriguez, & alios docet* supradictos Abbates posse suis subditis secularibus dare litteras dimissorias ad Ordines, neque hoc privilegium derogare Concilium Tridentinum, & ita etiam tenet Tamburinus *de iure Abbat. tom. 2. dist. 2. quest. 7. num. 1.*

## RESOL. LXXIX.

Quidam Abbas Benedictinus contulit Ordines minores quibusdam non sibi subditis, qui postea alios Ordines susceperunt, & in illis ministraverunt: quaritur quid in hac re statuendum?

Et an dicti Ordines sint saltem iterandi sub conditione?

Et quaritur, an predicti Abbates possint conferre Ordines tam secularibus, quam Regularibus, qui speciales litteras dimissorias a suis Superioribus habuerunt?

Et an si aliquis subditus secularis ordinaretur a supradictis Abbatis, valeat quidem ordinatio, & sit tantum illicita, non autem inualida?

Et advertitur, quod privilegium clausum in corpore iuris in generali derogatione nunquam censetur comprehendendi. Ex p. 5. tit. 13. & Misc. 1. Ref. 93.

§. 1. Circa presentem questionem satis quidem Carduam more meo breuiter, & resolutorie videndum est primo, an potuerit dictus Abbas conferre dictos Ordines. Secundo, an saltem sint iterandi sub conditione.

2. Quoad primum responde dictum Abbatem minime conferre potuisse supradictos Ordines, docere plures Doctores, asserentes Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 10.* reuocare privilegium Abbatibus concessum conferendi Ordines minores, nisi ordinandi sint Regulares eorum subditi. Ita docet in specie contra Abbates Benedictinos Ioannes de la Cruz *de statu Relig. cap. 8. lib. 2. dub. 1.* Cælestinus in *compend. Theolog. moral. tract. 8. cap. 4. quest. 2.* Emanuel Sa *verb. Ordo, num. 16.* Portel. in *dub. regular. verb. Abbas, num. 2.* vbi sic ait; Abbas Benedictinus confert Ordines minores suis subditis, cap. quoniam, *dist. 69.* & Julius II. *Bulla 25.* & hoc non reuocatur in Concilio Tridentino pro suis subditis, sed pro aliis. Sic ille. Hanc etiam sententiam docet Barbosa *de potestate Episcopi part. 2. allegat. 3. n. 11.* & in *Collectan. Doct. tom. 3. in 6. Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. 1. num. 5.* Miranda in *Manual. Pralat. tom. 1. quest. 38. art. 9. conclus. 2.* Rubeus in *aphorism. Episcop. verb. Abbas, num. 13.* Puteanus in *3. part. D. Thom. quest. vnic. de sacram. Ordin. dub. 7. conclus. 2.* Zaparus in *iure Pontificio, tit. de maiorit. & obedient. num. 4.* Antonius de Marinis *quot. resol. cap. 1. num. 34.* Gratianus in *disceptat. tom. 4. cap. 79. num. 7.* Campanili in *difer. iur. can. rubr. 6. cap. 2. ante num. 7.* Henriquez *lib. 14. cap. 18. n. 2.* Emanuel Rodriguez in *questionam regular. tom. 1. q. 18. art. 1.* Fuscus *de visit. lib. 2. cap. 15. n. 93.* Hieronymus Rodriguez in *compend. qq. regul. resol. 1. num. 22.* Nouarius *opuscul. de iure nouo Pontif. conclus. 103. num. 6.* Riccius in *praxi tom. 4. resol. 257.* Homobonus in *consul. tom. 1. part. 5. resp. 194.* Germonius *de sacra immunit. lib. 3. cap. 9. num. 37.* Megalius in *prompt. verb. Abbas, num. 17.* Gaspar Hurtadus *de Sacrament. tract. de Ordine, difficult. 18.* Filliucius *tom. 1. tract. 9. cap. 5. num. 96.* Bartholomæus Ledesma *de sacrament. Ordinis, dub. 11.* Ioannes Baptista de Fabris *de sacrament. Ordinis, in communi, cap. 7. quest. 2.* Naldus in *summa, verb. Abbas, num. 3.* Laurentius de Peyrinis *de*

*Prelat. regul. tom. 2. quest. 3. cap. 7. num. 23.* Lubinus *de sum. verb. Abbas, num. 3.* Pialecius in *praxi Episcop. part. 1. cap. 1. art. 1. num. 7.* Alzedus *de praxi Episcop. part. 1. cap. 6. num. 78.* Catanus in *sum. verb. Abbas, §. 1.* Vega in *specul. Paroch. tom. 2. cap. 14. §. 8. tom. 4. in 3. part. tom. 4. dist. 243. cap. 5. num. 53.* Regualdus *tom. 2. lib. 50. tract. 1. cap. 5. num. 25.* Acugna in *Decretum Gratiani part. 1. dist. 95. cap. 1. num. 6.* Grassius *decis. part. 1. lib. 3. cap. 5. num. 142.* Tannetus *tom. 4. dist. 7. q. 3. dub. 2. n. 27.* Martinus in *Theolog. moral. de sacram. Ordin. g. 4. concl. 1.* Binsfeld. in *enchor. part. 1. cap. 16. §. 9.* Funes in *specul. moral. part. 2. cap. 10. n. 10.* Honorius in *compend. iur. can. lib. 1. tit. 11. n. 6.* Vallens in *Decret. lib. 1. tit. 11. §. 3. n. 6.* Litteratus in *sum. p. 2. cap. 46. n. 4.* Hi omnes asserunt non posse Abbates ordinare nisi suos subditos regulares; & aliqui et ipsa addunt, magis explicando, neque alienos etiam cum licentia Episcoporum, & ita in specie docet Strabus *part. 1. decis. 985.* asserens ita sensisse Rotam, & Sellius in *select. an. cap. 19. n. 8.* testatur ita declaratum & Regularium in vna Eugubina die 3. Nontembrii anni 1593. & in vna Camplen. die 27. Iunii 1657.

3. Verum his non obstantibus contrarium sententiam mordicus tenet Sanchez in *specul. tom. 2. no. 10. lib. 7. dub. 19. num. 20.* & ratio est, quia dictum privilegium est insertum in corpore iuris, ut patet ex cap. quoniam, *dist. 69.* & in cap. Abbates, *de prior. in 3. cap. & cap. cum contingat, de atate & quali. ordin. Sed privilegium est, ut de illo efficiatur expressa mentio, ut ego ipse ad satisfactionem cum 19. Doctoribus satis probatum in *3. part. tract. 2. resol. 1.* quibus nunc addo Basilium Pontium *de matrim. lib. 8. cap. 19. num. 16.* Callium Palaum *tom. 1. tract. 3. dist. 4. post. 2. §. 4. num. 3.* Suarez *de legib. lib. 8. §. 3. n. 1.* Salas *dist. 17. lib. 14. n. 73.* Portel. in *dub. regul. verb. Privilegium, n. 7. & 6.* Ergo in illa generali reuocatione Concilii Tridentini, non obstantibus quibuscumque privilegiis, & conditionibus est, non comprehenditur privilegium de quo loquimur tanquam insertum in corpore iuris. Denique dictum privilegium Abbatibus fuit concessum in Synodo VII. *cap. 14.* Sed decreta Concilii generalis non censentur derogata nisi in specie huiusmodi derogatio, ut ego ipse eisdem tenet in *1. part. tract. 1. resol. 2.* & late probat cum 20. Doctoribus Hieronymus Cenedo in *quest. can. q. 1. num. 27.* ergo in reuocatione generali, de qua loquimur, non comprehenditur dictum privilegium, cum ibi non apponatur specialis derogatio Concilij à quo emanauit.*

4. Sed aliqui asserunt non obstante dicta derogatione Concilij Tridentini posse hodie Abbates habentes ius deferendi baculum, & mitram, & pollicem munus benedictionis suscipere, Ordines minores secularibus non suis subditis conferre, dummodo ipsius Episcopi consensus accedat, & à dicto Episcopo quisque litteras dimissorias impetrarit. Et ita declarasse sacram Congregationem quos citat, & sequitur Tamburinus *de iure Abbat. tom. 2. dist. 2. quest. 7. num. 2.* quibus ego addo Mellesium in *sum. tom. 1. tract. 2. cap. 2. num. 18.* Zanardum in *direct. Theol. part. 1. de sac. Ordin. cap. 3.* Alouinum *de potest. Abbat. cap. 22. num. 18.* Zetolam in *praxi Episcop. part. 1. verb. Abbas, Kellifonium in 3. part. 2. quest. 38. art. 2.* Venetum in *exam. Episcop. lib. 1. cap. 12.* Lamyman *lib. 5. tract. 9. cap. 9. num. 1.* & 2. Letteram Romæ impressam anno 1634. in *questionam regular. cap. 18. num. 13.* Gauantum Romæ impressam anno